



BENEDICTIO SANCTI BLASII

PER inter-
cessiónem
Sancti Blásii Epíscopi
et Mártyris, líberet te
Deus a malo gútturis,
et a quólibet alio malo.

✠ In nómine Patris,
et Fílii et Spíritus
Sancti. Amen.



BENEDICTIO SANCTI BLASII

PER inter-
cessiónem
Sancti Blásii Epíscopi
et Mártyris, líberet te
Deus a malo gútturis,
et a quólibet alio malo.

✠ In nómine Patris,
et Fílii et Spíritus
Sancti. Amen.

BENEDICTIO CANDELARUM

in Festo S. Blasii Episcopi et Martyris

V: Adjutórium nostrum in nōmine Dómine.

R: Qui fecit cælum et terram.

V: Dóminus vobíscum.

R: Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens et mitíssime Deus, qui ómnium mundi rerum diversítates solo verbo creásti et ad hóminum reformatiónem illud idem Verbum, per quod facta sunt ómnia, incarnári voluísti: qui magnus es et imménsus, terríbilis atque laudábilis, ac fáciens mirabília: pro cujus fídei confessióne gloriósus Martyr et Póntifex Blásius, diversórum tormentórum génera non pavéscens, martýrii palmam felíciter est adéptus: quique eídem, inter céteras grátias, hanc prærogatívam contulísti, ut quoscúmque gútturis morbos tua virtúte curáret; majestátem tuam supplíciter exorámus, ut non inspéctu reáitus nostri, sed ejus placátus méritis et précibus, hanc ceræ creatúram bene ☩ dícere ac sancti ☩ ficáre tua venerábili pietáte dignérис, tuam grátiā infúndendo; ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fúerint, a quocúmque gútturis morbo, ipsíus passiónis méritis, liberéntur, et in Ecclésia sancta tua sani et hílares tibi gratiárum réferant actíones, laudéntque nomen tuum gloriósum, quod est benedíctum in sæcula sæculorum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculorum.

R: Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Deinde Sacerdos duos cereos, in modum crucis aptatos, apponit sub mento gutturi singulorum, qui benedicendi sunt, ipsis ante Altare genuflectentibus, dicens (alter latus)

BENEDICTIO CANDELARUM

in Festo S. Blasii Episcopi et Martyris

V: Adjutórium nostrum in nōmine Dómine.

R: Qui fecit cælum et terram.

V: Dóminus vobíscum.

R: Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens et mitíssime Deus, qui ómnium mundi rerum diversítates solo verbo creásti et ad hóminum reformatiónem illud idem Verbum, per quod facta sunt ómnia, incarnári voluísti: qui magnus es et imménsus, terríbilis atque laudábilis, ac fáciens mirabília: pro cujus fídei confessióne gloriósus Martyr et Póntifex Blásius, diversórum tormentórum génera non pavéscens, martýrii palmam felíciter est adéptus: quique eídem, inter céteras grátias, hanc prærogatívam contulísti, ut quoscúmque gútturis morbos tua virtúte curáret; majestátem tuam supplíciter exorámus, ut non inspéctu reáitus nostri, sed ejus placátus méritis et précibus, hanc ceræ creatúram bene ☩ dícere ac sancti ☩ ficáre tua venerábili pietáte dignérис, tuam grátiā infúndendo; ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fúerint, a quocúmque gútturis morbo, ipsíus passiónis méritis, liberéntur, et in Ecclésia sancta tua sani et hílares tibi gratiárum réferant actíones, laudéntque nomen tuum gloriósum, quod est benedíctum in sæcula sæculorum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculorum.

R: Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Deinde Sacerdos duos cereos, in modum crucis aptatos, apponit sub mento gutturi singulorum, qui benedicendi sunt, ipsis ante Altare genuflectentibus, dicens (alter latus)